

COMMENTARIA

IN

CANTICUM CANTICORUM.

CANONES QUI FACEM PRÆFERUNT CANTICIS.

CANON PRIMUS.

In aliis libris Veteris Testamenti Deus vocatur *Iehova, Adonai, Elohim, El*, ceterisque *deem nominibus*, que recentur et explicantur. Hieronymus, Epistola 136 ad *Marcellanam*, quia in iis Deus agit cum Synagoga quasi summa ancilla, ideoque se Deum, Dominum, Gubernatorem, Fortem, Vindicem, Omnipotentem, Terribilem nominat: in Canticu vero hoc nullum tale nomen Dei est reperire quod terrorum inquit, quia in eo agit cum Ecclesia, quasi cum sponsa dilectissima; unde se nonnulli Sponsum, Patrem, Amicum, Amantem et Amatum, sive Dilectum nuncupant; quia haec nomina amorem sponsa excitant, foveant, acununt et augent. Ita Bellarminus, lib. I *De Verbo Dei*, cap. v.

SECUNDUS.

Crebra est hic enallage personarum, qualis solet esse in dramatis; modo enim loquitur in secunda, modo (idque mox) in tercia persona, etsi una eademque sit.

TERTIUS.

Cum Salomon, hujus carminis scriptor, divini erga homines amoris reservat arcana, enitus est ex naturali amore universi animis longe notissimo, illius divini vires exprimere, ut inde discamus ex nostri amoris affectibus, in illius quasi angustissima adyta penetrare.

QUARTUS.

Canticum, hoc est carmen, ideoque metro asstrictum, quod proinde nonnulli elegiacum esse censent ex hexametris et pentametris versibus conflatum. Verum prisa Hebreorum poesis periret; unde ratio et metrum prisci eorum carminis ignoratur.

QUINTUS.

Sicut in metaphoris et parabolis duplex est

sensus: *litteralis*, puta grammaticalis, qui est corticis litterae; et *metaphoricus* sive *parabolicus*, qui est rei per metaphoram vel parabolam significatae, qui verus et genuinus est parabolae sensus, ideoque *litteralis*, etsi ab Honorio Augustodunensi, et nonnullis aliis vocetur *alegoricus*, id est metaphoricus et parabolicus.

SEXTUS.

Palæstinorum ritus et mores a ceterarum gentium ritibus et moribus valde differentes efficiunt, ut nonnulli ex his similitudinibus arcamus ex medio vulgo rureve petita, non adeo concinnae videantur exteris: cum tamen mira sit in illis ad res exprimandas efficacitas, et cum rerum proprietate congruitas.

SEPTIMUS.

In Canticu hoc, reque aenalias parabolis, adduntur subinde emblemata ad elegantiam parabolæ, que proinde non est necesse, imo subinde est impossibile applicare rei per parabolam significatae, ut cum Christus, Matth. xxv, in parabola *talentorum* ait herum plura vel pauciora talenta cuique famulorum dedisse secundum propriam virtutem: id enim heros facere solet. At Deus, ibi per herum significatus, id non facit: nam gratiam non distribuit secundum dignitatem et merita naturæ, ut volebat Pelagius, sed mere gratis.

OCTAVUS.

Canticum hoc est drama, in quo multa non verbis et voce, sed actorum gestu et actione representantur, ut cum diuellum, pugnam, convivium representant non loquendo, sed diuellando, pugnando, convivando in theatro. Quare *actio* hi collocutione personarum, que aliquo obscurâ et inconcinnâ videtur, insinenda est, ut eam expleat et explicet. Imo drama sepe est actio silens in qua mutae personæ agunt, nec verbis, sed gestibus rem representant. Rursum dramaticum

CANONES IN CANTICUM CANTICORUM.

459

opus vel poema est, in quo sole personæ agunt absque poete interlocutione. Quocirca in Canticu non exprimitur, nec distinguuntur, ubi sit vox sponsi, ubi vox sponsi, ubi vox adolescentularum; sed omnes indiscriminatim communiscentur: atque hec res magnam partem obscuritatem, que interpreti ex ipsa verborum sententia, et ex antecedentibus et consequentibus solerter eluciendanda est, ut euige suam vocem et loquendi vicem assignet.

NONUS.

Sponsus et sponsa affectibus amoris indulgent: unde non tam concinnae et ordinate, quam affectuose loqui sataguntur; ferunt enim incendiui flammis, quounque eos rapit amor.

DECIMUS.

Totalis et adæquatus sensus *litteralis* hic est de coniubio, sive conjunctione Christi et Ecclesie per fidem et amorem; *partialis litteralis* est de conjunctione Christi cum anima sancta, presentem quas studet perfectionem: haec est enim pars et membrum Ecclesie; *partialis principialis* est de Christo et B. Virgine: haec enim est principia pars, primumque membrum Ecclesie.

UNDECIMUS.

Canticum scriptum est instar dialogi, in quo interlocutores sunt, sponsus Christus, sponsa Ecclesia, sponsi sodales (puta apostoli et anima perfecta), adolescentes, comites sponsi, id est animæ in virtute nequum adulta, sed tenera, adolescentes tamen et crescentes in virtute.

Crebro in Canticu vinearum fit mentio, quia in suis postulat ut vinitor, pastor et ruriculus inducitur. Noster Sanchez probabiliter per vineam et vitæ in Canticis accipit frutes quae fundunt balsamum, quales ipse constat esse cypris, aliasque arbores aromaticæ: *prime*, quia haæ florentes suavem exspirant odorem, non vites, nisi paucae; *secunda*, quia S. Hieronymus, in epistolis S. Pauli, ait: « Contemplata est balsamum vineas in Engaddi; » et in cap. xxvii *Ezech.*: « Balsamum, inquit, quod mascotum in vineis Engaddi; » *tertio*, quia Septuaginta cum vineas dicunt flores, « tunc verbo ἡρεμοῦ, quod a cypro deducitur; » *quarto*, quia hebreus בַּרְכֵּהֶם, id est vinea, quemlibet agrum vel hortum significat: unde *Judic.* xv, vocatur *kerem zait*, id est vinea olive. Et *Cant.* v, pro messu Septuaginta vertunt, *wineam myrram meam*. Hinc et *Poem.*, ideoque Hispani in regno Granatensi *carmen* (quod derivatur ab hebreo *kerem*, i. e. vinea, vocant hortum, quibuslibet arboreis consimilum). Hinc et cap. vii, 41, pro *commonevum in villis*, hebreica est בַּרְכֵּהֶם, id est in cypris, quæ abundabant in Iericho et Engaddi: *quinto*, quia cypris fundens balsamum similis est viti. Audi Plinius, lib. XII,

cap. xxv: « Haec viti similior est quam myrtle, mulleolis seri distinxit super vincta ut vitis, implet colles vinearum modo. » Vineas ergo sponsi non tam viti et vinas, quam cypris et balsami erant feraces. Heo sententia vera est, sed partialiter. Vineas enim hec et cypris et vites et arboreæ presertim aromaticæ continebat: sic Roma, videmus in vineis esse hortos, viridaria, pomaria, agris et sorges, in Lombardia item ager fert similes, fructus et uvas, adeoque idem campus est ager, pomarium et vinea; sorgibus enim immiscuntur vites ulmis innixa, et utrorumque limites circumcreta sunt arbores fructiferae. Nam Salomon, qui hic grammaticæ inducitur et sponsus, et vineas vulturum juxta Jerusalem, et vineas cypris balsamicæ in Engaddi habebat, ut patet cap. I, vers. 43: « Botrus cypris, alt., dilectus meus mihi in vineis Engaddi; » et *Ezech.* n. 4: « Plantavi, inquit, mihi vineas, et sylvam lignorum germinantium. » Porro an cypris sit frutex balsami ferax, disserat cap. I, vers. 43.

DUODECIMUS.

In Canticis subinde membrum corporis significat vestem, quia tegitur aut ornatur, ut cum cap. v, sponsi caput vocatur *aurum optimum*, caput sumitur pro corona capituli; haec enim erat ex auro optimo. Sic cap. eodem, cum *vener* sponsi dicitur *pharneus*, *vener* sumitur pro zona que ventrem legebat et eingebat: haec enim facta erat ex auro. Hanc expositionem exigit honestas. Quis enim credit sponsam castissimam, veirem mundum spectandum aut describendum exhibuisse? *Cant.* vi, pro eo quod Noster habet: « Commacchii tui sit purpura, » s. Ambrosius, serm. 17 in *Psalm.* cxviii, legit: « Ornatius capituli tui sicut purpura, » ubi per *comam* accipit ornatum come, puta coronam come infixam. Sic nonnulli per *ubera* et *umbilicum* intelligent *mammillare*, puta *volum* legens *ubera* et *umbilicum*, iuxta illud *Caltili in Argonut.*:

Non tereti strophæ lectantes vident papillas.

Cant. viii: « Pone me ut signaculum super cor tuum, » id est super bullam, quæ tegitur et ornatur eorū tuum: hunc enim rem summe amatam, v. g. *cor* vel *idolum* sumum gentiles insculpere solebant, queque ad Hebrewi, ut illius intuitu Dei sub semper memoriam refrigerarent, illumque in corde et mente jugiter cogitarent et amarent. Simili modo apud oratores et poetas sepe res vestitæ significat vestem, quæ tegitur et vestitur, per metonymiam. Sic *collum* significat collare quo tegitur; *crines* significat crinalia; *femur* femoralia; *thorax*, id est *pectus*, notal vestem quæ tegitur, queque exinde *thorax* dicitur. Sic *pes* significat calceum, quo pes calcatur. Unde quod *Deut.* cap. viii, vers. 4, dicitur: « Vestimentum tuum, quo operieraris, nequaquam vestitare deficit, » et *pes* (id est calceus) tuus non est subtritus,

Moderis
corpus
in Cant.
ad pro-
modo in-
signi-
at?

clare exponitur *Deut.* cap. *xxix*, vers. 5, ubi dicitur: « Non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. » Hec et plura noster Sanchez hic *Proleg.* 9 et 10.

DECIMUS TERTIUS.

Actiones, gestus et habitus apud Hebreos olim honesti et decori, apud alias gentes dishonesti et indecori estimati sunt; et vice versa. Quaque enim gens suos habet morem, ab aliis diversos; et quod olifant temporibus placuit, posterioribus discipluit. Hinc Hebreorum vestitus, incessus, modus nuptiarum contrahendi, sacrificandi, adorandi, comedendi, etc., fuit alius plane quam Grecorum et Latinorum, ut patet ex Levitico aliquae Scriptura locis. Sic et Homerus, III *Iliad.*, scribit Thelim mentum, et barbam Jovis manu apprehensa demulsiisse, ut eam deliniret, quod jam rusticum et barbarum haberetur. Sie Ulysses deprehensus in Troja duplex Illeubar regne testigat, ut ejus clementia mortem evadere, teste Eripiде, in *Hecuba*, quod modo crimen pene lese majestatis haberetur. Sie Amazones nuda mamma incedebant, ut liberius depugnarent. Unde Propertius libro III *Eleg.*:

Qualis Amazonum nodatis bellica mammis
Turba.

Idem de virginibus Diana comitibus traxit. Callimachus in hymno Diana. Et de Camilla Virgilius, *Eneid.* XI: « Nudum extra latus. » Idem fecisse Hebreos putant nonnulli, idioque hic cap. IV, vers. 3, ubera sponse nuda dilandata. At jam honestas et castitas omnium pene generationem ab hinc nuditate plane abhorret. De umeribus quid sentiendum dicam cap. IV, vers. 3.

DECIMUS QUARTUS.

Hebrei, dum induunt nomina, alludunt ad nominis etymon, illudque personae vel rei, cui non nomen induit, competere significant, vel optant. Sic *Adam* dictus, qui formatus ex adam, id est terra; *Jacob*, id est suppluator, quia supplavit Esau, Gen. xxvii; *Nabal*, id est stultus, quia superbe et stulte respondit milibus Davidis, I Reg. cap. xxv, 23. Sic *virgin* θητη sealed, id est amalgaliam, sive vigilantem ostendit Deus *Jeremiah* cap. I, vers. 11: « Quia, inquit, ego vigilabo, » etc. Similes allusiones sunt in *primo* et *scirto* arboribus, sub quibus Susanna scelus se deprehendisse mentiebantur senes, *Daniel*, cap. xiii. Simili allusione sponsa hic vocatur *Salamis*, id est *Salomonis*, sive *Salomon* iuxta, quasi a pacifice pacifica. Et cap. I: « Oleum effusum, inquit, nomen tuum, » hoc nomen est *Messias*, sive *Christus*, id est unculus oleo, ita copioso, ut illud in alios effundat. Crebro hic talia occurrent.

DECIMUS QUINTUS.

Sepe in Scriptura vocatur res talis, qualis foris appareat, etiam si revera in se non sit talis. Sie Scripta Gen. I, luna vocatur « luminare magus », quia cuncta terrena vicinia hominibus major appareat, cum revera omnibus stellis sit longe minor. Sie Eccl. VII, virga a Magis converse dicuntur in serpentibus; quia hominibus ita videbatur, cum revera, juxta Nyssenum, Justum, Tertullianum et Rupertum, non essent aliud quam prestigio, quibus oculis illudebant, ut faciniri prestigiares. Si Joseph vocatur pater Jesu, et idola vocantur di; et dum cometas discurrent, dicuntur stelle de celo cadere; atque extrema pars mundi et celo dicuntur, quia nobis extrema appareat, cum tamen in globo rotundo (qualis est mundus) revera nulla pars sit extrema, sed omnes eant in orbem. Sic hic cap. V, sponsi capit dicuntur simile auro, comoë palmis, oculi columbis, gene aromatisibus, labia liliis, manus toro, venter ebori; sponsa revera nasus, cap. VII, dicuntur similis turri Libani, femora monilibus, umbilicus crateri, ubera humulis, venter acervo tritici, oculi piscinis, quia eis similes apparet, et si revera tales non essent.

DECIMUS SEXTUS.

Olim uxores a viris nomen accipiebant, ut Caius uxor vocaretur *Caius*, Cornelii *Cornelia*, Dionysii *Dionysia*, aequo ac hic Salomonis sponsa ab eo vocatur *Salamis*. Rursum a qua insigne quis beneficium accepérat, ius nomen assumebat. Sie S. Cyprianus *Cæcilia* nomen assumpsit a Cæcilio presbytero, qui eum ad Christum convertit; Euzebius Cesariensis *Pamphili* nomen sibi asevit a S. Pamphilio doctore et martyre; Josephus historicus *Flavii* prænomini sibi adjunxit a Flavio Vespasiano imperatore, qui eum honoribus auxit. Insuper in Scriptura eidem persone et rei diversa nomina dantur, juxta varia idiomatica. Sie S. Thomas Apostolus, hebraice *Thomas*, grece *Didymus*, latine *Gemelli* dictus; S. Simon hebraice *Chamaeus*, grece *Zelotes* cognominatur; Judas chaldaeorum *Thadeus* (id est herubalis), hebraice *Lebavus*, id est cornulum nuncupatur; Math. x, Tabbitha hebraice, greco vocatur *Dorcas*, latine *Carpea*, *Actor*, ix. Sie hebraice *Salomon* et *Salanis*, latine *pacificus* et *pacifica* indigitantur.

DECIMUS SEPTIMUS.

Sponsus hic est Christus, sponsa est Ecclesia, et anima fidélis, non quilibet, aut peccatrix, sed sancta, immo perfectionis studens, et amore Christi flagrans. Hec enim sola sponsa Christi nomen meretur, cujus hic spirituales amores et ardores divini describuntur. Ita esse patet ex ipsi Cantici verbis, ut cum dicuntur cap. IV, 7: « Tota pulchra es, amica mea, et macula non est in te; » et cum cap. II, 4, ait sponsa: « Introdixit me dilectus in

CANONES IN CANTICUM CANTICORUM.

cellam vinarium, ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. » Rursum passim sponsus sponsam voluntariam, dilectam, pulchram ut luna, elecam ut sol. Et cap. II, 16, ait: « Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia; » et cap. IV, 9: « Vinceras cor meum, soror mea sponsa; » et cap. VI, 8: « Una est columba mea, perfecta mea; » et cap. VIII, 5: « Quae est ista, que ascendit de deserto, deinceps affluens, innixa super dilectionem suum? » Denique Canticum non aliud, quam celestes amores Christi et anime sancte spirat: peccatorum tamen subinde memini, cum ab eis persecutionem se passare significat, ut cum alt. cap. I, 5: « Nolite me considerare quod fusca sum, quia decoloravi me sol: filii matris mea pugnaverunt contra me. » Aut cum eos convertere satagit, ut cum alt. cap. IV, 8: « Coronaberis de capite Amana, de verice Sanir et Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. » Audi S. Bernardum, serm. 61: « Sponsus nusquam in hoc toto opere adhuc nominarat, nisi modo cum ad vineas iter, cum vino charitatis appropinquat. Quae cum venerit, et perfecta fuerit, faciat spiritale conjugium, et erunt duo in eam una, sed in uno spiritu, dicente Apostolo: Qui adharet Domino, unus spiritus est, » I Cor. VI, 17. Idem serm. 83: « Quam videris, inquit, reliquias omnibus Verbo votis omnibus adhaere, Verbo vivere, Verbo se regere, de Verbo concipere quod pariat Verbo, who possit dicere: Mihi vivere Christus est et mori lucrum, hanc pata conjugem, Verboque maritamat. » Idem docet Belarminus, lib. III *De Ecclesia militante*, cap. VII, respons. ad I, ac S. Hieronymus, epist. 440 ad *Principi*; atque Cassiodorus, S. Gregorius, Beda, Philo, Justus, Anselmus, Rupertus, catericus Patres et interpretes ad illa *Canticum*, VI, 7: « Sexaginta sunt regine, et octoginta concubinae, et adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea. »

Porro hujus perfecti amoris quatuor sunt gradus et status, qui hoc *Canticum* libro ordine describuntur. *Primus* status amoris est actiose vite, in quo anima affectibus nondum edomiens Deum quidem odorat, et quasi degustat, currans in odorem unguentorum ejus, non eo tandem ad arbitrium et voluntatem suam fruatur. « Et mirabar, inquit S. Augustinus, lib. VII *Confess.* cap. XVII, quod jam te amabam, et insistebam frui Deo; sed rapiebar a te decoro tuo, moxque diripebar abs te pondere meo, et rueblo in ista cum gemili; et pondus hoc, consuetudo carnalis. » Et infra: « Aciem figuræ non valui, et represcussa infirmitate redditus solitus, non mecum ferrebat nisi amanteri memoriam, et quasi olfacta desiderantem, que comedere nondum possem. » Hic amoris status describitur capit. I et in *Canticum*. Unde ibidem sponsa ait sponsu: « Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum; »

et: « Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiám post greges sodalium tuorum, » etc.

Secundus amoris gradus et status animæ Deum amantis est vite contemplativi. In hoc collocaatur anima, facta sibi ad eum gradu vitiosorum habituum demolitione, passionum propriarum compressione, et perfecta rerum omnium suique abnegatione; et in eo constituta non solum sicut in priore statu, Deum aliquando complecti contemplatio et amoris actu, sed eodem continuo aliquando ipsum contemplans amansque pene possidet, magna mente tranquillitate, ita que suavissimus lectus pacifici Salomonis, et quasi nupiale ferulam, in quo sponsus requiescit ac veherit, animam in se quiescentem fovens. Hic amoris gradus describitur cap. III et in *Canticum*. Unde ibidem post primum sponsione sonnum sponsus adjurat adolescentulas, ne que illam a somno hoc amoris exciteat.

Tertius amoris et amantis status est conflatus ex actione et contemplatione. In eo anima, sic iubente sponso, a contemplatione divulsa, se coniungit in turbam et gregem pastoris illius qui, propter nimiam charitatem qua dilexit nos, e sua Patria in terras descendit, quiescutur magnis laboribus, et proprio sanguine redempturus oviulas quae perierant, procollam nullam acerbissimum temporum, periculum nullum ponamus subterfugiis, aut dedecus, dum illas recuperaret. Hic amoris status describitur cap. V, VI et VII *Canticum*. Unde ibidem sponsus sponsam ad campos et villas invitat: « Ut quasi bonus pastor pascat gregem suum, lassos allevet, revocet errantes, infirmos lucretur, » ait S. Ambrosius, lib. *De Israe et anima*, cap. VIII. Licit enim ibidem sponsa negligenter insimuletur, quod sposo ostium pulsanti non statim aperuerit: tamen mox facti premitis ipsa in maiorem sponsi amorem exarist, perinde ac a amantium ire, amoris redintegratio sum. »

Quartus status est, cum anima vitam supra humanam, ac pene divinam, supradictis longe superiore, inexplicabiliter desiderio appetens, tanto flagrati divini amoris incendio, tantaque veluti zelotypia estuat, ut manera in carne mors illi sit, et peregrinari a Domino alter quasi infernum illi videatur, sole turge propria exsilium suum, ac perferat uno studio laboreque animarum luendarum dilectissimum sponso. De qua re sic S. Gregorius, lib. II *super Ezech.* hom. 43: « Qui sunt in sancta Ecclesia thalam, nisi eorum corda, in quibus anime per amorem sponso invisiiblē junguntur, ut ejus desiderio mens ardeat, nulla jam que in mundo sunt concupiscat, praesenti vite longitudinem penam deputet, exire festinet, et amoris ampliux im ecclesiis sponsi visione requiesceret. Mens itaque que jam talis est, nullam praesentis seculi consolationem recipit, sed ad illam

quam diligit medullitus suspirat, fervet, anhelat, ansiatur. Vitis fit ipsa salus corporis, quia transfixa est vulnera amoris. » Ilic status amoris describitur *Canticum*, cap. viii. Unde ibi post tertium somnum de ea dicitur: « Que est ista que ascenget de deserto delicias afflens, innixa super dictum suum? Pone me ut signaculum super cor

tuum, etc. Fortis est ut mors dilectio, dura siue infernus simulatio: lampades ejus, lampades ignis atque flammarum. » Ita noster Bernardinus Rosignolius, *De Disciplina christiana perfectionis*, IV, cap. ix, qui deinde singula capita singulare versus ex ordine, hisce quatuor amoris gradibus alternative adaptat.

COMMENTATORES

CANTICI CANTICORUM.

HEBRAEI.

Primus est Chaldaeus Paraphrastes, qui in Cantico fuit R. Joseph Caeus, sicut in Pentateuco fuit R. Aquila, qui chaldaeum Onkelos dicitur, in Prophetis vero R. Jonatham filius Uzeli, illi omnes, utpote Iudei, Judaizant, ac preserim R. Joseph, qui Canticum non tam verit quam explicat, ut non tam interpres quam paraphrastes, sive commentator esse videatur. Quare Canticum de Synagoga, deque fege Mosis tabernaculo, manna cesterisque beneficiis Israeli collatis interpretatur, multaque interserit ex Iudorum fabulis, et Chaldaeis fragmentis, que colligit et exusus Franciscus Lucas in *Apologia Paraphrasis Chaldaeae*. Habet tamen sicut usum, et vere interpretationi obsecundat, sicut Synagoga subservit Ecclesie, lexque Evangelio, et Moses Christo, eique quasi typus prelatus.

Scripture quoque in *Canticum* R. Salomon, Aben-Ezra et R. David Kimchi

GRÆCI.

Primus Origenes in *Canticum* scripsit homilia sex, in quibus « Origenes vicit seipsum », ait S. Hieronymus, quiccas ex Graeco in Latinum convertit; quare temere et sine causa ultimas quatuor Origenis esse negat novus (tunc novator et in fide cacodoxus) Origenis interpres. Finit in capite secundo *Canticum*, vers. 14. Floruit anno Domini 339, coevus et socius Severini Boethii, et Symmachi consulis romani.

Justus Origenitanus Episcopus scriptis in *Cant.* Exstat tom. I *Biblioth. SS. Patron.* Floruit anno 540, sub Justiniano imperatore. Interfuit concilio Toletano II. Vide S. Isidorum *De Scriptor. Eccles.* cap. xv, et *De Viris illustr.* cap. xxxiv.

Venerabilis Beda prolixum editit *Commentaria*, anno 706, cui et aliis subjungit, quem ipse ex varia S. Gregorii locis colligit.

Albinus, sive Alcuinus Flaccus, Beda discipulus, et Caroli Magni magister, anno 750.

Aponius doce et graviter scripsit in *Cant.* anno Aponiae 560, ait Sixtus Senensis in *Abdiboh.*, Possevimus et Bellarminus, *De Script. Eccles.* Sed anterior vixisse videtur. Nam Aponium citat Beda lib. IV in *Canticum*, cap. xxiii. Beda autem floruit anno 700. Finit Aponius in cap. iv *Canticum*, vers. 7, ad illa: « Tota pulchra es, amica mea; » ac deinde Commentarium Aponii continuavit Lucas Abbas S. Cornelii, ex ipsis Aponii verbis, « ed succisus et in panca contradicis, unde multi illam citant nomine Aponii.

Angelomus monachus, Aponii est abbreviator. Angelus Floruit anno 830, tempore Lotharii imperatoris. Unde in *Praefat.*, cum laudat, quod, relicto impe-

tici paraphrasis, *Commentario Theodoreti in Canticum* prefigitur.

Michael Psellus S. Gregorii Nysseni est compendiator.

LATINI.

Primus est Cassiodorus, consul romanus, ac Theodoricis regis Gothorum cancellarius; unde ejus nomine plures scripsit epistolatas vero dignas, qui deinde aucte perfectus, mundo valedicent, et monastice in monasterio a se constructo exercetus, totem se pietati et Sacris Litteris tradidit, in iisque plane scenscens, prope centenarius sancto fine quievis, ait Baronius, anno Domini 562. Ille ergo scripsit in *Canticum breviter*, sed clare, ac sepe acta tangit sententiarum difficultatem, sensumque littere genuinum assignat: unde ex eo phara decompromisit Beda, Haymo et alii; sed scilicet quispiam nomina Cassiodoro attenuit. Nam cap. iii, vers. 11, citat Gregorium Papam, qui centum annis o fuit posterior. Floruit anno Domini 339, coevus et socius Severini Boethii, et Symmachi consulis romani.

Justus Origenitanus Episcopus scriptis in *Cant.* Exstat tom. I *Biblioth. SS. Patron.* Floruit anno 540, sub Justiniano imperatore. Interfuit concilio Toletano II. Vide S. Isidorum *De Scriptor. Eccles.* cap. xv, et *De Viris illustr.* cap. xxxiv.

Venerabilis Beda prolixum editit *Commentaria*, anno 706, cui et aliis subjungit, quem ipse ex varia S. Gregorii locis colligit.

Albinus, sive Alcuinus Flaccus, Beda discipulus, et Caroli Magni magister, anno 750.

Aponius doce et graviter scripsit in *Cant.* anno Aponiae 560, ait Sixtus Senensis in *Abdiboh.*, Possevimus et Bellarminus, *De Script. Eccles.* Sed anterior vixisse videtur. Nam Aponium citat Beda lib. IV in *Canticum*, cap. xxiii. Beda autem floruit anno 700. Finit Aponius in cap. iv *Canticum*, vers. 7, ad illa: « Tota pulchra es, amica mea; » ac deinde Commentarium Aponii continuavit Lucas Abbas S. Cornelii, ex ipsis Aponii verbis, « ed succisus et in panca contradicis, unde multi illam citant nomine Aponii.

Angelomus monachus, Aponii est abbreviator. Angelus Floruit anno 830, tempore Lotharii imperatoris. Unde in *Praefat.*, cum laudat, quod, relicto impe-

rio, monastenic amplexus sit, in eaque pie defunctus vitam stadiumque suum sancte consummarit.

Illymo Beda fere in compendium redigit, ac pene ad verbum transcrit Cassiodorum. Obiit anno 833.

S. Anselmus, Cantuariensis Archiepiscopus, anno 1084.

Rufetus abbas Tuiensis Canticum explicuit de B. Virgine, anno 1119.

S. Bernardus pie et eleganter explicat Canticum; sed morte preventus, illud non absolvit; unde ei successit Gilbertus abbas, qui opus prosecutus est. Florui anno 1130.

Richardus de S. Victore, S. Bernardo coœvus et amicissimus, pauca Cancri sententias exponit.

Inter opera S. Thomae Aquinatis existat commentarius in Canticum. Dubitant tamen viri docti an hic commentator sibi ipsius, quia stylum ejus non redebet, atque ex Cassiodoro et Bedo videtur transtulimus. Idem plane ad verbum existat apud Heymonem, qui 430 annis antecessit S. Thomam: quare Commentarius S. Thomae, quem sub mortem dictavit monachis Fosse nove, juxta Romanam, videatur fuisse alius ab hoc. Quocirca diversus plane ab hoc Commentarius in Canticum nomine.

S. Thomas prodiit seorsim impressus a Petro Gualtero anno Domini 1543, soleque iunsi Commentario Cajetani in Proverbia et Ecclesiasten. Illi magis redebet stylum scholasticum S. Thome.

Guillelmus Parvus abbas Beccensis, anno 1170.

Honorius, Augustodunensis presbyter, anno 4220.

Hiligrinus, Cardinalis Sabiniensis, anno 1233.

Ex variis & ambrosii locis Commentarium. *ip-*
Vell. lat.
ca.
Hon.
Ab.
Hil.
Bart.
gratius.

tegrum in Canticā colligit Antonius Demochares. Exstat in fine tom. V S. Ambrosii.

RECENTIORES.

Nicolaus Lyranus, Hugo Cardinalis, Dionysius Carthusianus, Jacobus Jansonius, Joannes Pius Carthusianus, Placidus Nigidius, Alfonius ab Orozo, Tuccius, Hieronymus Almonacirius, et plures alii, quos Romæ reperi. Ceteris eminenti Frane, Titelmannus, Luisius Legionensis, Cosmas Damianus Ortolanus, Philippi II Hispaniarum regni theologus, qui paraphras habet luculentam et succulentam; Joannes a Jesu Carmeliteanus, nostri Gaspar Sanchez et Ludovicus de Ponte. Novissime et exactissime noster Martinus Delrio, Michael Gislerius et Ludovicus Sotomajor; denique omnipotens Joannes Malderus Episcopus Antuerpiensis, ac noster Luisius ab Alcazar in allusionibus ad Apocalypsin toto lib. III. uterque succincte, sed eruditus et nervosus.

Ex his omnibus succum exprimam, et pollinem floremque decerpam. Litterale e mystico disserim, indigesta digeram, confusa distribuam, et eni quod suum est ordinate attribuam; atque propria plura addam, memor semper solita brevitatis et methodi.

Porro Joannes Gerson cancellarius Parisiensis Canticum exposuit de amore seraphico, quo anima plarid erga Christum, anno Domini 1429, ac complevit die 9 juli, et instar S. Thome profiduum, puta die 12 juli, cum Commentario vitam finivit, anno etatis 66, ut amethystus Christi fruenter in celo, unde identidem repentes illud *Cant. viii*: « Fortis est ut mors dilectio, » illi immortua est.

PRIMUM DRAMA,

SIVE

PRIMA PARS CANTICI

QUA DESCRIBITUR INFANTIA ECCLESIAE

(*QUA FUIT AB ORTU CHRISTI USQUE AD ASCENSIONEM IN CELUM*),
A CAP. I VERSU 1, USQUE AD CAP. II VERSU 8.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Sponsa ambit spirituale sponsi osculum, ubera, unguentum, oleum, cellaria. Mox, vers. 5, ait se formosam, secundum ab astu solis et persecutions. Unde, vers. 7, querit locum sponsi, audiuit ab eo ut abeat post gressus et pastores. Unde, vers. 9, eam assimilat aquitati, genas turriti, colum monitus. Denique, vers. 12, asserit nardum suum dedisse odorem, præsente sposo, quem comparat fasciculo myrrha et botro cypri, cum eoque spirituali laudis affectu dissuauatur.

1. Osculetur me osculo oris sui : quia meliora sunt ubera tua vino, 2. fragrantia ungentis optimis. Oleum effusum nomen tuum : ideo adolescentula dilexerunt te. 3. Trahe me : post te currerum in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua : exultabimus et letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum : recti diligunt te. 4. Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. 5. Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoravil me sol : filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem in vineis : vinean meam non custodivi. 6. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiunt post greges sodalium tuorum. 7. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et pasce hædos tuos juxta tabernacula pastorum. 8. Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. 9. Pulchra sunt genæ tuae sicut turritis, colum tuum sicut monilia. 10. Murenuas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. 11. Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. 12. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. 13. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. 14. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. 15. Ecce tu pulchra es, dilecta mi, et decornis. Lectulus noster floridus : 16. tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.

VOX SPONSÆ.

1. OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI. — Invereunda videtur sponsa, quæ præter morem feminarum honestarum et vereundarum, prior ambit sponsum, ejusque spiritalè osculum sine ulla praefatio.

VIL

tione illico poscit; sed amore sancto ebria nescit erubescere : ubi enim amor, ibi non est timor pudor. « Precepit amor, ait S. Bernardus, nec judicium prestolatur, nec consilio temperatur, nec pudore frenatur, nec rationi subjicitur. Rogo supplice, flagito : Osculetur me osculo oris suæ.

30